

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Lectiones primi Nocturni.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

## Pars tertia

144  
bus in Synagogis legebatur de Lege & Prophetis. Christus legit pariter Luc. 4. Sic legebatur Act. 13. Pro Lectionibus Breviarii Hieronymus Damasi jussu composuit ita dictum *Lectarium*, sicut & expost S. Gregorius M. ita dictum *Sacramentarium*. In Conc. Laodic. Can. 17. decreta fuit Lectio post Psalmos vel longa ut in Matutino, vel brevis ut in aliis horis. 2. Numerus Lectionum nec fuit major novem, nec minor tribus Lectionibus. Per novem conjungimur Choris Angelorum. Tres designant tria prædicationis tempora ante legem, sub lege, & tempore gratiæ. Cùm Psalmi opera bona significant, & Lectiones doctrinam. Äquales Psalmi & Lectiones docent æqualiter in nobis convenire debere verbum & opus. Profesta Symbola sunt antiquæ legis, festa novæ. Quia ergo in antiqua lege respectu novæ pauci erant Prædicatores. In profestis tantum tres, in festis novem sunt Lectiones.

## Lectiones primi Nocturni.

3. **C**ur libri S. Script. in hunc, quem habemus, ordinem anni tempora ac menses in primo Nocturno distributi sint. Variis opinionibus rejectis à Gavanto allatis hoc mihi formo sistema. In Adventu legitur Isaías, quia nullus Prophetæ apertius locutus est de Nativitate Domini. A Natali Domini usque ad Septuagesimam leguntur Epistolæ Pauli, quia dum representatur Christus in mundo, novi testamenti

menti præcones audiri debent. A Septuagel. ad Dom. Passionis ex lib. Gen. Exod. quia pa- sionem Domini celebraturi recurrere debemus ad Adæ peccatum , casumque humani generis & varias ob peccata eidem inflictas pœnas. Dum- que legitur de Patriarchis Abraham , Iisaac, Ja- cob , quasi ex diversis æstatibus Chorus Patrum ad Christum deducimus. In Passione Jeremias legitur , quia multa de eadem narrat. Post Pa- scha Actus Apostolorum Apoc. & Epistolæ Apo- stolorum , quia virtute magnâ reddebat Apo- stoli testimonium Resurrectionis Christi. Post Pentecosten usque ad mensem Augustum libri Regum ponuntur ; ut resumatur ordo histori- cus à Gen. Exod. &c. ad libros Regum. Libris Regum lectis , quasi exemplaribus agendorum vel vitandorum à nobis , pro Augusto mense se- quuntur libri doctrinales scilicet Prov. Eccles. Cant. Cantic. Sap. Eccli. Expost pro mense Sep- tembri redeunt denuo exempla ex lib. Job. Tob. Jud. Esther. Et pro mente Octobri Machabæi variis exemplis suis virtutes edocentes. Et quia ad perfectionem virtutum pervenitur continua hâc vicissitudine doctrinæ scilicet & exempli. Hinc pro mense Novembri doctrinales denuò succedunt libri Prophetarum. Ezech. Dan. duo- decim Prophetatum. Qui & absque eo com- modè in Novembrem rejiciuntur ; quia sæpè loquuntur de adventu Messiae , quem in De- cembri proximo celebramus.